UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Infortiati Partem

Bartolus

Lvgdvni, 1567

Vnde liberi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96147

Visual Library

⁊ filius in bonis patris non habet iſtam Caluiſianam, ⁊ reuocatoriam. l. j. ff. ſi quis a paren. fue. manumiſ. ⁊ ibi dicam. Et de hoc habes C. eod. l. j. in vij. queſtio. ⁊ per Cano. in c. Raynutius. extra de teſt. Barto.

TITVLVS VI.

Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt.

LEX VNICA.

P Oſtea quam.

§. Si emãcipatus filius. Uides ꝙ ſi filius non dicit nullum, tamen ſi tacet, alij ſequentes veniunt, cum ipſo iure teſtamentum ſit nullum. Allegant doct. l. ij. C. de poſt. here. inſti. ⁊ dixi in l. filio preterito. ff. de iniu. rup. ⁊ irri. teſta. ⁊ tene menti.

TITVLVS VII.

Vnde liberi.

LEX I.

E Mancipatus preteritus. In tex. ibi, non fuit. ⁊ ſic videbatur de iure pretorio inteſtatus.

LEX V.

S I pater filium. In tex. ibi, deceſſerit inteſtatus, relicto nepote in poteſtate aui, ⁊ quadam alia filia in poteſtate ipſius filij.

LEX VI.

S Cripto herede. Que eſt ratio? dic, ſi venit ab inteſtato fili⁹ cuꝫ teſtamento patris: ſecus ſi ex teſtamento. Et dixi in l. qui aliena. §. pe. ff. de acqui. hered.

TITVLVS VIII.

Vnde legitimi, & vnde agnati.

LEX V.

I Nter agnatos. In tex. ibi continent conſecutiue, non contentiue. Item ibi, non vtiqꝫ ⁊ agnati conſecutiue, ⁊ femine ſic, ſicut genus continet ſuam ſpeciem.

TITVLVS. IX.

Vnde cognati.

LEX I.

H Ec bonorum poſſeſſio.

§. Proximus. No. quis proprie dicitur proximus, ꝓpter ſtatuta.

§. Si quis proximior. Not. ꝙ nepos concept⁹ ⁊ nat⁹ poſt mortem aui, non ſuccedit. Et de hoc feci vnam poſitionẽ, propter quã dam matrem, que deceſſit poſt morteꝫ patris relicto filio, cõcepto ⁊ nato poſt mortem aui cuius hereditatem mater non adiuit, ⁊ nepos volebat venire ad hereditatem aui: ⁊ dixi, ꝙ non poterat, per iſtũ §. ⁊ per. l. ſi quis filio exheredato. §. j. ff. de iniuſt. rup. ⁊ irri. teſta. tamen iſtũd eſt propter equitatem, non ex ſua perſona, q2 mater non aditam tranſmittit. Et hoc tenet Dy. in deci. magna, quã fecit ſuper legatis, ⁊ dixi ff. in d. l. ſi quis filio exheredato.

LEX IIII.

S I ſpurius. No. pro ſtatutis, que dicunt de conſanguinitate quod conſanguineus proprie eſt ex parte patris: proximus autem ex parte patris, ⁊ ex parte matris.

TITVLVS X.

De ſucceſſorio edicto.

LEX I.

S Ucceſſorium edictum.

a **§. Qui ſemel.** [a] No. de verbo, noluit, ꝙ iſta verba, nolo bo. poſ. petere, videntur habere viꝫ repudiationis, quod videtur velle glo. in l. ij. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ l. ij. §. j. infra, ad Tertullia. ⁊ in l. qui ſe patris, C. vnde lib. ⁊ dixi ff. alias in l. ſi quis. ff. de iure deli. ⁊ intellige quod declarauit ſe nolle per repudiationem, vel pro tempore quod preterijt, intra quod poterat petere.

ADDITIO.

a Jo. Tho. ¶ Qui ſemel. no. gl. que eſt in §. ſed videndũ. que eſt ſin. ſecundum quam dicit Bal. ſin. in l. licet. C. de iure delib. conſuluiſſe Bart. ꝙ filia excluſa a ſucceſſione matris ex teſtamento per lapſum xxx. ann. poteſt venire ab inteſtato intra alios xxx. ann, ⁊ adhuc elapſis his xxx. ann, ⁊ ſic lx. quamuis ſit excluſa a primo capite vnde liberi adhuc intra alios xxx. ann. poſſunt venire ex ſequenti capite. vide Alex. in l. quandiu. ff. de acqui here. ⁊ ibi Jaſon. in l. iij. C. de iur. ⁊ fac. igno.

LEX II.

I Nferioris. Oppo. de l. j. §. ſi quis adit, j. ad Tert. ⁊ l. ij. §. ſi bonorũ. ⁊ l. ij. §. ergo. ff. de vulg. ⁊ pupil. Breuiter iſta eſt reſponſio, quod ſi aliquis abſtinuit ſe per reſti. in integrum, ſequentes qui debent ⁊ poſſunt venire de iure pretorio, nunquam venirent: ſed de iure ciuili tunc admittuntur.

TITVLVS XI.

De gradibus, & affinibus.

LEX VI.

L Abeo ſcribit. ¶ Nota vtrũ dicatur affinis mihi ille, qui eſt vir vel vxor cognati, vel cognate mee: hic habes tex. ꝙ ſic. ¶ Iteꝫ habes, ꝙ per ſola ſponſalia contrahitur affinitas. Sed op. ff. eo. l. non facile. §. ſciënduꝫ. h. d. quod per ſola ſpõſalia. ⁊ ibi ꝙ nuptie debẽt eſſe nuptie licite, nõ vt excludãt ſpõſalia, ſed vt excludãt cõiũctiones illicitas, ⁊ nepharias. d. l. non facile. §. affines. ff. eo. ⁊ hoc de iure ciuili. De iure Can. eſt totũ cõtrariũ, q2 ꝑ nepharias nuptias cõtrahit affinitas, vt no. in d. §. affines. ⁊ Canoniſte notant in arbore affi. ¶ Et per hoc fuit queſtio. Hic eſt ſtatutum, ꝙ non poſſit eſſe aliquis Poteſtas vel Capitaneus, qui eſſet affinis alicuius nobilis: modo fuit electus quidam dominus Guid. de Fauentia. Poteſtas huius ciuitatis, qui contraxit ſponſalia cum quadam nobili: querebatur, an eſſet affinis. Dominus Recuperatus tunc quia ego non eram hic, dixit ꝙ de iure ſuo affinitas non contrahebatur niſi per copulam carnalem: tamen bene dixit, quod de iure ſuo, quia potuit dicere quicquid voluit de iure ſuo: ſed de iure ciuili per iſtam l. contrahitur affinitas per ſola ſponſalia, quia de iure ciuili debeat fieri computatio. dicam j. in l. ſi.

LEX X.

I Uriſconſultus.

§. Parentes. No. ꝙ parentes dicũtur vſque ad tritauum. Et facit ad queſtio. Dicit ſtatutum, ꝙ quicũqꝫ erat ſcriptus in comitatu, nec ipſe, nec eius parentes debeant ſcribi in ciuitate: ⁊ qualiter intelligantur parentes: ⁊ vides hic proprie qui ſunt parentes. Itẽ vides differentiaꝫ inter liberos ⁊ poſteros, quia liberi vſqꝫ ad tertium gradum. poſteri in infinitum.

§. Sunt ⁊ ex lateribus cognati. Uides, ꝙ quelibet perſona facit vnũ gradũ. hoc de iure ciuili. ⁊ in aſcendentibus cõnumerantur de iure Can. gradus eo modo quo de iure Cano. ſed de iure ciuili in ſecundo, vt hic. Pone, ſtatuta tota die fiunt, ꝙ priores non poſſint eligere aliquem, qui ſit ſuus conſanguineus vſqꝫ ad tertium gradũ debẽt intelligi gradus ſecundum ius ciuile, vel Canonicum, vt dixi in l. Labeo. ff. eo. quia in affinitate differt ius Cano. a iure ciuili. Et gradus cõputatio, an in ſtatutis debeat fieri ſecundum ius ciuile, vel Canonicũ, Ja. diſpu. Bon. me exiſtẽte, ⁊ dicit ipſe, iſta queſtio reſidet in hoc an nos proprie numeremus gradum, an Canoniſte, ⁊ dicit quod nos proprie, ⁊ hoc per iſtum tex. quia ſunt ad ſimilitudinem ſcalarum ſed de iure Cano. ſit per ſaltum, quia relinquitur vnus gradus, ⁊ dicuntur fratres in primo gradu, de iure Cano. non proprie, l. ij. ff. de vſufr. earũ rerũ, que vſu conſumuntur ⁊ ideo ſtatuta cum debeant intelligi ſecundũ propriam ſignificationem. ideo intelligitur proprius gradus, ſecundum ius ciuile. Certe Beatus Greg. determinat illam q. xxxv. q. v. c. ad ſedem. ⁊ ibi dicit, cũ tractamus de matrimonio debemus computare ſecundũ ius Cano. ſed quando de ſucceſſione, tunc ſecundũ ius ciuile. Et ratio eſt, quia in matrimonio tractamus de coniunctione duarum perſonarum, que efficiuntur vna, ⁊ ideo duo fratres ſunt in vno gradu: ſed in alijs